

in membris repugnans legi mentis.  
& captiuum volens ducere in lege pec-  
cati. Adhuc corpus qd corumpit ag-  
grauat animā. Unde quantumcumq; fir-  
mus sis ex gratia dei qd diu portas ter-  
renum vas in quo thesaurus est dei. ali-  
quid etiā de ipso vase fictili formidan-  
dum est. **lxxcangu.** **O** Et sciendū  
q̄ carentes grā dei diu stare non p̄nt.  
quin incidant in peccatū mortale. hab-  
entes vero xpi grām possunt euadere  
omne peccatū mortale. qz sicut gratia  
diungit deo & fomitem peccati ita di-  
minuit q̄ habens eaz potest vitare pec-  
catum mortale. **De hoc** quedam glo.  
super aplm sic dicit. **Per** gratiam xpi  
euadere possumus omne pctm mortale  
**C**arentibz aut gratia hoc non sic ē pos-  
sibile. qz licet non sit necessarium eos  
peccare quotidie. tñ nō possunt diu vi-  
tare peccatū mortale. cuius ratio ē. qz  
sicut existentes in gratia non p̄nt om-  
nino vitare peccatū veniale. eo q̄ sensu  
aliter non est in eis subdita totaliter  
rationi. **Sic** in carentibz gratia ratio  
non est subiecta deo. & iō non possunt  
diu stare quin incidāt in peccatū mor-  
tale. **Gratia** aut sic deo diungit & in-  
clinationem fomitis diminuit. q̄ habens  
eam potest vitare peccatum mortale.  
**lxxc in glosa** &c.

**Filius.**

**S**ed etiam hoc scire affecto. quā-  
re nonnunq; etiam deuotis hoī-  
bus gratia subtrahat. **Et** quomō gra-  
tia que per negligentiaz amissa fuerit  
recuperanda sit. vel cum deest gratia q̄  
liter hoī sit agendum.

**Ca. VI. Pater**

**S**ire debes qd  
gratia subtrahit homini ppter  
superbiam & presumptōem. **Quod** p-  
bat richardus de sancto victore ita vi-

cens. **Sepe** superbit homo nesciēs. se-  
pe presumit & itez non intelligit. pro  
vtraq; ignorantia solet subtrahi diui-  
na gratia. nam dum presumptuose a-  
git & nescit. subtrahit gratia. ne effici-  
at qd cupit dum superbit & nescit. per-  
mittit sepe in id cadere qd erubescit &  
odit. **lxxc richard.** **O** Et noranduz  
q̄ opera virtutum tunc in nobis qua-  
lescunt. dum gratiam cooperatricem  
habent. tunc vero deficiunt & moriunt.  
cunre is gratia cooperatrix subtrahit.  
**S**ubtrahit aut dum improba mens  
de bonis spūalibz supbit & sua sibi me-  
rita ascribit. **De hoc** richardus de san-  
cto victore super illud **Daniel.** donec  
cognoscant viuentes q̄ dominetur ex-  
cellus in regno hominum. sic dicit. **Affe-**  
**ctus** in nobis sane fm deuz viuunt dū  
in bono fortes & cum virtutum opera  
pualescunt. dum gratiam cooperatri-  
cem habent & in studijs spūalibz se ex-  
ercere valent. tunc pculdubio moriun-  
tur cum eis gratia cooperatrix subtra-  
hitur. subtrahitur autem cum de suis  
bonis diuinis vero donis mens impro-  
ba superbit. & sua sibi merita ascribit.  
**S**ubtracta gratia affectus boni defici-  
unt. & ad omne bonum languescunt.  
& sic de viuentibus mortui fiūt. **Quid**  
enim aliud est virtutum defectus q̄ q̄  
si quidam illarum interitus. **Qui** igitur  
infirmatē suam gratiamq; diuinā  
nam tunc primum attendunt cum iaz  
in bono deficiunt. isti post mortem & q̄  
si per mortem diuine dominationis &  
moderationis magisterium vel benefi-  
cium discunt & agnoscunt. **Quid** igitur  
est superne maiestatis dominium &  
principatum in regno hominum viuē-  
tes agnoscere. nisi vnumquemq; eo eri-  
am tempore cum adhuc in bonis ope-  
ribz viuūt. infirmatē suam attente  
re & nihil sibi. nihil suis meritis ascri-  
**lxxc.**

tere. et inter quelibet virtutum exerci-  
tia humilitatis custodiam non desere-  
re. sinceraciter et absque simulatione que-  
quid mali sibi ipsi. quicquid boni divi-  
ne gratie ascribere. Et solet quidem pi-  
etas supnavires etiam virtutum in quibus  
dam humiliare et gratiam subtrahere  
donec discant inter quelibet morum insi-  
gnia nil altum sapere. nil de propria virtu-  
te presumere. felices qui alieno casu po-  
tius quam proprio humilitatis fragilitatisque  
infirma addiscunt. Sed et cum eis quidem  
bene agitur. qui ex propria ruina ad humi-  
litaris custodiam evigilant. cum tandem  
aliqui post infirmitatis sue lapsum for-  
tiores resurgunt. Qui ergo morum ruinam  
timet. pro omnibus contra superbiam vigilare  
debet. hec richardus. Ex istis verbis colli-  
gere possumus quod omnipotens deus sub-  
trahit gratiam hominibus etiam mundam vitam  
habentibus. et hoc ideo ne in superbiam ele-  
ventur. et ne sequenter in bonis studiis  
negligentiores fiant. Quod probat etiam  
crisostomus. sic dicens. Aliqui plerique et vi-  
tam habentes mundam non accipiunt  
gratiam. Quare. ne in superbiam eleven-  
tur. ne inflentur ventositate iactantie. ne  
alitudine muneris negligentiores fi-  
ant. hec crisostomus. Subtrahitur autem gratia non  
solum propter mentis elationem sed etiam  
nonnunquam propter negligentiam. nam sunt non  
nulli qui desiderant esse boni et virtuosus  
sed se pro opera virtuosus que illos bonos  
faciant nolunt exercere. ideo multi re-  
ligiosi querunt sibi deesse gratiam cum  
magis gratia debet queri se factores  
bonorum operum non habere. per que gra-  
tia obtineatur. De hoc pro quodam dicit sic  
pauperes sumus et miseri qui multum  
desideramus et modicum facimus. de-  
siderium nostrum minime in opus de-  
ducimus. neque desideramus esse boni  
sed opera que nos bonos faciant non mo-  
ueamus. Hinc est illa querela omnium re-

ligiosorum querulantium fidei deesse gra-  
tiam cum magis ipsa gratia queri debe-  
at se factores bonorum operum non habere  
habemus omnes desiderium sanctitatis.  
sed ea que sanctitatem efficiunt nulla-  
tenus habemus. Hec ille putat dicitur beatus.  
Vix est aliquis qui in eis que de i sunt  
experi velit quid possit. etiam quod promp-  
tissime potest. Et idcirco propter negliget-  
tiam talem frigida sunt corda multorum  
religiosorum divina gratia carentium.  
Debet ergo quisvis timens deum hec  
duo videlicet superbiam et negligentiam  
a se abijcere. et humilitate cordis et bo-  
norum strenuitatem assumere ut divine  
solationis gratiam crebrius et habun-  
dantius ab ipso domino valeat obtinere.  
**R**ubi considerandum quod sunt nonnulli  
religiosi qui in principio conversionis  
sue magnam devotionis gratiam percipiunt  
sed secundum processum temporis eadem gratia  
propter suam negligentiam privatur. Hic  
desiderant gratiam pristinam recuperare  
debent in se renovare fervorem devotionis  
prioris et in omnibus virtuosus que prius  
initio conversionis gesserunt studeant se  
exercere. De hoc richardus in libro de  
mistico somnio. nabuchodonosor. sic ait. Si a  
gratia quam habuisti excideris te sentis  
attende diligenter quid agis. cogita  
quibus cogitationibus vehementius occu-  
patus si solaviana meditaris quid miris  
si futurorum revelatione fraudaris. In  
initio conversionis tue quam sola eterna spi-  
ritualia et futura cogitasti quando ad so-  
la sublimia aspirasti quid miris si semper  
desiderium tuum solari meruisti. Deside-  
rium inquit prolixiter pauperum exarduit  
dominus. Si igitur pristinam illam gratiam cupis  
reformare renouare devotionem. et  
secundum monita iohannis in apocalypsi. Me-  
mento unde excideris et age penitenti-  
am et priora opera fac. hec richardus.  
**E**t notandum ut dicit hugo quod misericors

deus nobis sepius cum non queritur  
 se offerret nos in amore suū accendat  
 et sepe fugit dum querit ut nos post se  
 currere faciat. nisi enim prius ipse no-  
 bis ostenderet nemo eū diligeret. et mi-  
 si dum querit fugeret nemo eum sequi  
 veller. hoc hugo. Unde dñs gratiaz de-  
 votiois subtrahit nonnunquam etiam ut  
 vis religiosus ut amplius desideret ab-  
 sentem. et postmodum strictius teneant  
 presentem. Unde beatus bern. q. dñs sub-  
 trahit devotioem. hoc ideo facit ut am-  
 plius desideres illam. et ne vilescas ci-  
 ro datum. nam si differet non aufertur.  
 Dñs enim aliquando se subtrahit. aliqua-  
 do ad tempus recedit. ut dum requirit ab-  
 sens. strictius teneat presentem. hoc ber.  
 Sed devoti viri gratia devotiois et spi-  
 rituali dulcedine assuefacti cum gratia  
 privant magis lugent de amissa dulce-  
 dine. q. prius planxerant admissam pec-  
 catorum amaritudinem. hoc tamdiu faci-  
 unt donec miserante deo consolatio spūa-  
 lis iter eis reddat. qua precepta cogno-  
 scunt. de novo eam quam passi sunt tempta-  
 tioem ex carentia gratie perbatōem su-  
 isse non desolatōem. Et ideo visitant  
 per grām tempe oportuno ne deficiat.  
 et iter temptant ne superbiant. Quod be-  
 atus bern. in quadam auctoritate memo-  
 rat ita dicens Devotus quisque nonnun-  
 quam amaritudo deplorat dulcedinem amif-  
 sam q. prius fleverat admissam pecca-  
 torum amaritudinem. et hoc tamdiu facit  
 donec deo miserante consolatio redit. qua  
 redeunte de novo cognoscit eam quam  
 passus est temptatioem perbatōem suis-  
 se ad eruditōem non ad destructōem.  
 Unde cognito suo de temptatioem pfe-  
 ctu. non tñ non refugit sed etiā temp-  
 tati appetit. Crebris itaque huiusmodi vicif-  
 situdinibus inter gratie visitatioem et tē-  
 ptationis perbatōem in scala virtutis  
 proficiens fauente utriusque visitatioem ne de-

ficiat temptatione. ne superbiat tantē  
 tali exercitio. mundato oculo interio-  
 ri statim adest lux. cui fideliter inhxere  
 re cupiens sed corpe pressus non sua-  
 lens ad seipsum nolens volensq. resilit  
 Gustato tñ aliquotiens q. suavis ē do-  
 minus ad sua etiam cū redierit in cor-  
 dis palato saporem retinet. quo fit ut  
 iam ipsum non ipsius bona quecumq.  
 desideret. hoc bern. **E**t sciendū  
 q. nihil in filiis gratie et in animabus san-  
 ctis tantū deo placet. quantū diligēs  
 et contra internarū visitationū observā-  
 tia. Quā enim venit et recedit periculo-  
 sissime ignorat Unde dicit beatus ber.  
 Cum spū sancti dispensatorie vicissit-  
 tudines vigilantissime non observan-  
 tur. tunc fit nec absentem desideres  
 nec presentem glorifices. nepe qui idcir-  
 co recedit ut avidius querat. quo nāz  
 modo abesse nescit requiritur. et qui di-  
 gnanter ad hoc redit ut soleat. quali-  
 ter digne p. maiestate sua recipitur. si  
 nec adesse sentit Unde vigilēs simus  
 et solliciti circa gratias visitationis q.  
 mira suavitate divine sue artis inces-  
 santer actitat spū sanctus in corde no-  
 stro. nunq. sine vigilantia nostre psci-  
 entie gratia recedat vel veniat Unde do-  
 minus dicit. vigilate. q. nescitis qua ho-  
 ra dñs vester venturus sit. Mens enim  
 que grām visitationis non observat.  
 erit ingrata visitatione. nunq. ergo in-  
 veniat nos grā imparatos. sed sp. vul-  
 tus suspensos et expansos nostri cordis  
 put facultas vnicuique nostruz suppetit  
 ad dñi adventum habeamus. hoc bern.  
**S**ed et hoc notandū diligēter  
 q. spūales viri non possunt semper in  
 vno statu permanere. ut testat idem bea-  
 tus bern. super cantu. sic dicens. Vide  
 illum qui in spū ambulat nequaquam per-  
 manere in vno statu. nec eadem semp  
 facilitate proficere. et q. non sit in hōie  
 83. ij.

via eius sed quemadmodū spūs eius moderatoꝝ dispensat. put vult nūc se/gnū. nunc alacrius. q̄ retro sunt obliuisci ⁊ ad anteriora se extendere. Ergo cū te accidia vel tedio affici sentis. noli p̄pterea diffidere vel desistere a studio spūali sed iuuantis require manū dicens. **T**rahe me post te trahi te obsecrans sponse exēplo donec deuo suscitante grā factus p̄mōꝝ alacriōꝝ curras viam mandatoꝝ dei. **U**n̄ q̄ diu ad est gratia delectare in ea. nec te existimes donū dei iure hereditario possidere. ita videlicet vt sis securus de eo. q̄ si nunq̄ p̄dere possis. ne forte cū subito traxerit manū ⁊ subtraxerit donum tu aīmo p̄cidās ⁊ tristioꝝ fias q̄ oporteat. **C**urabis igit̄ s̄m̄ p̄siliū sapientis vt in die bonoꝝ non immemoꝝ sis maloꝝ. atq̄ in die maloꝝ nō imemoꝝ sis bonorum. **E**rgo in die virtutis tue noli esse securus sed clama ad dñm cū p̄p̄ta ⁊ dic. **C**ū defecerit virtus mea ne dereli quas me porro in tpe temptationis cōsolare ⁊ dic cū sponsa traxe me post te. **S**ic te deseret spes in tpe malo nec in bona prudentia derit. **E**risq̄ inter p̄spera ⁊ aduersa mirabiliū tempoꝝ tenens quandā eternitatis ymaginē vti q̄ hanc immobilē ⁊ incōcussam. p̄stātis em̄ equalitatē. benedicens dñm in omni tpe. **I**te bern̄. **X** Sciendūz etiā q̄ spūalis dei aduētus in aīam est triplex. occultus. dubius ⁊ manifestus. **P**rimus aduentus dei occultus d̄. cū in cordibz eoz qui pctā mortalia non p̄mittunt deus p̄ suam gratiā inhabitat. qui p̄pter hoc occultus d̄ q̄ in suis affectibz nō sentit̄. **U**n̄ ap̄s ad epl̄e. d̄ xpm̄ habitare p̄ fidē in cordibz vestris. **F**ides aut̄ catholica hęc est vt qui cūq̄ puritatē suā p̄seruauerit ⁊ mortalia pctā non p̄miserit. licet in magnis se nondum exercitauerit. tñ in illoꝝz

cordibz dicimus esse deū. **D**e hoc occulto aduentu d̄ in ps̄. **V**estigia tua non cognoscē. **S**ecundus aduentus dubius d̄. cū mutationes nouar̄ affectionum in nobis cognoscimus ⁊ sentimus p̄ quas peccatū qd̄ prius placuit ⁊ delectabat nūc p̄ amarā penitentiam displicet. ⁊ non delectat. vera em̄ p̄mā certissimū signū est diuine penitentie. cuius spūs licet dulcis sit sicut d̄ in libro sap̄ie. **D** q̄ dulcis est spiritus tuus in nobis. nihil tñ qd̄ amare est in eadem p̄mā sentit̄. hic ergo aduētus p̄uenienter dubius d̄ id est prim̄ notus ⁊ prim̄ ignotus. notus ex mutatio ne deuotionis q̄ veraciter cognoscit̄ ⁊ sentit̄. ignotus q̄ ex sui penitentia p̄grinam impressionem facit in anima amaritudinem videlicet cū ip̄e sit dulcis. **E**t notandum q̄ h̄mōi aduentus dubius orit̄. ex accipientis inhabitatate. q̄ cū multoꝝ maloꝝ sibi p̄sciū atq̄ reus non potest spiritum sanctum aliter accipere q̄ iratū ⁊ arguentem licet suam naturalem dulcedinem non amittat. illa em̄ amaritudo non exx̄entis amaritudine sed ex infectōne recipientis. sicut cū quis nobilem porū ⁊ dulcem accipit. quez ex infectis fauicibz felleum iudicat ⁊ amarū. **D**e hoc spiritus sancto d̄. **U**lle arguet mundū id est mundanū hōiem de peccato. **T**ercius aduentus d̄ manifestus. quez tot̄ minus cū sanctis viris ⁊ amicis bene purgatis ac virtutibz ornatis in eundē t̄ibz ⁊ manifestis gratijs operatur. vt hęc grām recipientes de dubijs ⁊ occultis. ⁊ añ grāz penitus ignorantes manifestissime doceant̄. de hac d̄ ps̄. **I**n certa ⁊ occulta sapientie tue manifestasti mihi. **A** **I**git̄ per p̄dicta colligere possumus q̄ omnis qui est in statu gratie hoc est sine peccato mortali habet gratiam aut occultam aut ma

nifestam. hoc est habet gratiam habitu  
alem vel actualem. Sicut enim ihesus  
primum natus panis est inuolutus.  
sic primum spiritualiter natus in nobis ha-  
bet quasi panis quodammodo inuolu-  
tus. Tunc enim deum in praesepio cor-  
dis nostri habemus inuolutum. quando  
per fidem habitat in nobis. et nulla ad-  
huc incalescente deuotione sentit. Cum  
autem homo bonis operibus et virtutibus  
diu exercitatus fuerit. interdum sentit  
in corde suo vel mentem ignem carita-  
tis quem alijs vicibus nequaquam sentit  
tunc deus habitare in cordibus nostris non  
solum per fidem inuolutus. sed per sen-  
sibilem gratiam quasi quodammodo tenu-  
datus. De hac duplici in homine gratia  
occulta et manifesta dicit beatus bernardus. De-  
us et si iustis non desit ad meritum. ple-  
rumque tamen absit ad solacium. illud vtiliter.  
istud iocundius. Habet itaque et later.  
dum sensum cordis minime tangit. illa  
suauitas habita seruat. hec bernardus. De-  
bet ergo quilibet religiosus se in statu  
gratie seruare ab omni peccato mor-  
tali abstinendo. etiam a venialibus. prout  
possibile est continentendo. ut gratiam non  
solum habitualement. verum etiam actualiter  
ab ipso domino tempore suo consequi valeat  
ad suam consolationem. quia misericors de-  
us nequaquam deserit se timentes et in pre-  
ceptis suis ambulantes. sed tempore et  
loco consolatur eos. aut affectum deuotionis  
aut gratiam percussionis illis infundendo.  
Qui vero per hominum dona sic consolantur  
debent esse grati dominoque per acceptis  
beneficijs suorum donorum reddere gratiarum  
actiones. ut ex hoc postmodum maiorem  
gratiam ab ipso percipere mereantur. De  
hoc beatus bernardus. ita dicit Felix qui ad sin-  
gula dona gratie redit ad eum. in quo  
est plenitudo gratiarum. cui dum per acce-  
ptis nos ingratos non exhibemus. lo-  
cum in nobis facimus gratie ut maiorem

rem adhuc percipere mereamur. **B**  
ommino enim sola ingratitude a per-  
fectu perfectionis impedit. dum quodam-  
modo amissum reputat datur quod ingra-  
tus accepit. Cauet sibi de cetero ne ra-  
to plura perdat. quanto plura daret in-  
grato. hec bernardus. Ecce quomodo ingratitude  
tollit gratiam ab homine. Debemus ergo  
spiritu gratias agere omnipotenti deo. per be-  
neficijs nobis ab ipso concessis. ut bene-  
ficia portiora gratiarum et spiritualium dono-  
rum ab eo percipere mereamur.

Filius.

**A**ccepta in formatione de dei gra-  
tia que per spiritum sanctum menti-  
bus fidelium infunduntur. nunc de cari-  
tate quam idem spiritus sanctus in cordi-  
bus religiosorum ac deuotorum hominum ope-  
rat cupio edoceri.

Ca. VII. Pater

**D**e charitate su-

per qua petis informari. scire  
debes quod caritas prout dicitur in. iij. lib.  
sententiarum. est dilectio qua diligunt deus  
propter se. et proximum propter deum in deo.  
Secundum vero augustinum. caritas est virtus que  
videre deum et eo perfrui desiderat.  
Hec autem nobilissima virtus carita-  
tis per donum sancti spiritus infunditur  
cordibus fidelium ut possint deum dili-  
gere et amare. Testatur hoc beatus augustinus.  
in libro de verbis domini dicens. Mag-  
na est misericordia dei nostri. dedit ei  
dona hominibus. inter que dona spiritus  
sanctus donum quippe dat equale sibi  
quia donum eius est spiritus sanctus. et  
nunc deus tota trinitas pater et filius et  
spiritus sanctus. Quid prestiterit enim no-  
bis spiritus sanctus audi apostolum. Cari-  
tas dei diffusa est in cordibus nostris.  
Et ne putaret quisquam a se sibi esse quod di-  
ligit deum. continuo addidit. per spiritum  
sanctum qui datus est nobis. **U**  
O. iij.